


CIMELIA

Qu

4451


hal.kom





4451

CIMELIA



Poesis


POETAE

N.

Poesis. 1575

Tricesii Andreae: Epigrammatum liber II.

Biblioteka Jagiellońska.



II. C. 57.

POËTAE POLON.

N. 157.

A
CE

AD
TIA
LO



LA

U


Poer. 1575.

ANDREÆ TRI
CESII EQVITIS POLONI
EPIGRAMMATVM
LIBER II.

F. c. 57.

AD INSIGNEM VIRTUTE ET PRVDEN-
TIA PATRICIVM ET SENATOREM PO-
LONVM, IOANNEM CHRISTOPORI-
NVM, CASTELLANVM VIE-
LVNENSEM.

VIVIT POST FVNERA VIRTVS.



CRACOVIAE,
LAZARVS ANDREÆ EXCVDEBAT:
M. D. LXV.

vid. XI. 9. 54c.

57.


MAGNIFICO VIRO DO-
MINO IOANNI CHRISTOPO-
RINO, CASTELLANO VIELVNENSI:

And. Tric. *ἢ πρῶτον.*

CVM genus excellens, & clarū nomen auorū,
Te videam titulis condecorare no uis,
Da veniā fasso, quod CHRISTOPORINE videntē
Laudibus hæc alijs esse minora tuis.
Hinc siquidem maior tibi gloria surgit, & altus
Hinc meritò generis conduplicatur honos,
Quod labra Pegaseis etiam tua laueris vndis,
Et foueat pectus Pallas amica tuum:
Tēq; ferat recto diuini numinis aura
Tramite, virtutis per genus omne sacrę.
Nec placidi, summa cum mansuetudine, mores
Exigua debent laude subinde vehi.
Te seruent Pylios igitur cœlestia in annos
Numina, præsidium dulce, decusq; meum:
Nomen vt externis tibi nobile crescat in oris,
Tēq; bonus memori pectore quisq; ferat.
Hæc quoq; venturo cum cognoscentur in æuo,
Quę tenuis de te nostra Thalia canit,
Flagrabit quisquis sacrę virtutis amore,
Vive, o lux Patrię, CHRISTOPORINE, canet.

Ad eundem

BIBLIOTE. VITI



AD EVNDEM, CVM PRIMUM
MVM CASTELLANVS VIELV-
NENSIS DESIGNATVS ESSET.

QVæ tot nobilibus clarissima splendet alumna
Siue togâ spectes, seu graue Martis opus, (nis,
EXVLtet, pLaV DatqVe sVblnDe VeLVnla
CastellanatV Chrstoporlne tVo. (fœLIX
Nec dubita, hos primos maiora sequentẽ honores:
Læta dabunt titulos fata subinde nouos.

IN EIVSDEM PRAECLA-
RVM STEMMA. QVOD NOVI-
NA VOCATUR.

NObilitas bello quæcunq; paratur, & armis,
Vt verè titulum nobilitatis habet,
Sic quoq; perpetuo splendet virtutis honore:
Exemplo domus est CHRISTOPORINE tuas
Fortiter authoris primi quæ sanguine fuso
Claret, & attollit sydera adusq; caput:
Regis hic asseruit vitam, quo nullus in orbe
Clarius Arctoo Marte potente fuit.
Hinc à Rege datũ est hoc Nobile Stẽma, quod orũ
Tot Lachi egregias in ditione domos: (nas
Insignes quæ Martẽ viros, & fortibus armis,
Per tot iam mundi sæcula lapsa, ferunt.
Sed neq; nobilitas minor est pietate nitere,
Aut excellentis dotibus ingenij:
Hac etiam plæriq; tua de gente nitescunt,
Castra Heliconiadũ, qui voluere sequi.

A. ij.

Sic nis

Sic nitet ingenio, cui Marte nitere negatum est,
Ocia cum vite liberioris amet.

CHRistoporine tug sunt hæc decora inclyta genti
Sed sunt hæc alijs singula, cuncta tibi. tis,

DE ORIGINE EIVSDEM STEMMATIS.

Seruata Regis magno in discrimine vita
Sarmatię, quando victus ab hoste fuit,
Austriacus Miles tulit hæc Insignia, gentis
Progenitor primus CHRISTOPORINE tug.
Illius ignotum est nomen, sed qui dedit illi
Stemma, & opes magnas, Rex Boleslaus erat:
Ille potens, cui distorto cognomen ab ore est,
Marte fero Princeps Sarmatis ora tuus.
Quadraginta nouem collatis prælia signis
Hic pugnans, foelix victor vbiq; fuit.
Accidit hostili clades hæc vnica fraude,
Inuictum moeror maximus inde Ducem
Vicit, & eripuit terris, hinc ille notandus
Infaustos inter lethifer annus erat.
Virginis à partu numeratis mille, sequentes
Centum, & triginta, iungis vbi, atq; nouem,
Annus erit mortis properate Principis huius,
Debuit in Pylios qui superesse dies.
Hoc etiam data sunt Authori Insignia gentis,
Sydere sed fausto, CHRISTOPORINE tug.

Aliud

ALIVD IOANNIS DEME-
TRII SOLICOVII.

AVstriaci Ducis ad Kriwoustum iussa ferebā,
Iam Rex in Castris terga premebat equi,
Iam manus hostilis certamina dura volebat,
Concursurę acies stringere tela parant.
Iunxi ego me comitem Regi, mox pręlia Miles
Deposcit: multo & terra cruore madet.
Et iam tanta fuit trepidę violentia pugne,
Vt caderet teli vulnere Regis equus.
Ast ego desiliens ab equo, leuo Regia membra,
Sub Regem posui, quoq; vehatur, equum.
Sed neq; tunc pedibus stagnantę sanguine pugna
Deserui: mihi mens par, animusq; fuit:
Pugnaui donec femore est absectus in ipso
Pes mihi: tum veluti pondus inerme cado.
Vincunt Sauromatę: medio mihi læta dolore
Mens fuit, in totis dum cadit hostis agris.
Victores referunt mox me in sua castra Poloni,
Et qua sim generis conditione rogant.
Hic ego dum patrem, qui finxit ahenea vasa
Profero: Rex meriti pro ratione mei,
Virtutis gestare dat hæc Insignia nostrę,
Ansam fulgentem, Saluificamq; Crucem,
Innixumq; pedem galeę diademate pressę:
Aurea sic generi est parta Corona meo.
Hæc mea sunt proprię: dedit hæc mihi viuida vir
Hoc cum legitimo Stęma Nepote fero: (tunc
Cum quo dum rediens victores narro POLonos,
Stemma fuit dictum læta NOVINA meum.

DE EODEM STEMMATE,

ANONYMI cuiusdam ueteris Pœtæ Hexastichon, è libro
actorum, Anni 1477. CAZIMIRI IAGELLONIS
eius nominis III POLONIÆ REGIS,
descriptum.

Conspicuum terris nouitas tibi NOVINA nos
Mirandum tota posteritate dedit. (men
Te virtute sua authores fecere decoram:
Atq; altis domibus constituere parem.
Fers diuturna, nouū sis quamuis origine nomen,
Temporibus nullis interitura domus.

IOANNIS CHRISTOPO

*RINI, ut antiqua generis nobilitate, ita prudentia, & reliquis
uirtutibus excellentis Viri. PROAUI PATERNI IO-*
ANNIS CHRISTOPORINI CASTELLA-
NI VIELVNEN:

EPITAPHIVM.

CHRISTOPORINUS in hac tumuli compage Ios
Conditus est, clarę nobilitatis Eques. (annes
Margaridos festum cui lux erat vltima vite:
Annum etiam lethi forsan habere cupis?
Mille quadringentos post partum virginis annos
Si tredecim lustris iunxeris, annus erit.
Quod mortale fuit, iacet hęc, nam fama superstes
Corpore non potuit cum moriente mori.
Scilicet integritas actę sine crimine vite,
Insigni, hoc etiam tempore, laude viget:
Æternum q; feret dum fruges terra, vigebit,
Et dum flammiumos sol agitabit equos.
Petri

PETRI CHRISTOPORINI,

maiorum imaginibus, & heroica animi magnitudine Equitis clarissimi, PATRIS eiusdem IOANNIS CHRISTOPORINI.

EPITAPHIVM

olim scriptum.

OSsa PETRI moles hæc saxea CHRISTOPO.
Contegit, antiqua Nobilitate sati. (RINE
Qui prius excessit CATHARINA Coniuge viuis,
Hic etiam posthac quæ tumultata fuit,
Moribus excellens, & vitæ laude pudicæ,
Focmina, ROXICIA progenerata domo.
Sed Patre defuncto, monumenta Vtriq; Parenti,
Quamuis Mater adhuc viueret, ista locat
Natus IOANNES, ad magnum euectus honorem,
Hac patrî, meritis, in regione solis:
Iudicij vt tota regione Notarius esset
Inclyta Nobilitas SIRADIANA tui.
Id quoq; non minus est, quod Nobilis Aulicus, &
Secreti est REGIS conscius ille sui. (quod
Iuerat hinc LATIVM nuper legatus in orbem,
Est merito hic alijs annumerandus honora
Atq; ideo, non est alia foelicior vlla
Re magis à superis factus Vterq; Parens,
Quam quod protulerit talem virtute, fideq;
Et magni ingenij dexteritate virum:
Qui Patriam factis illustrat: moribus ornat:
Et CHRISTI pura relligione beat:
Relligione beat: formosæ prolis adauget,
E casta, numero, Coniuge DOROTHEA.
Et iam

Et iam tum quinq; hæc natos, quatuorq; puellas,
Cœlestis Domini progenerat ope,
Cum focero moles hæc saxea facta fuisset,
Cum tota illius posteritate Domus.
Littera quę numeros signat, qui tunc erat annus:
si fors nosse VoLes, Dat tibi penta MetrI.
Ast illo, moritur quo Cæsar Carolus anno,
Et thalami consors Angla Philippe tui,
Hoc illi requiem sub templo, ingente quod olim
EXtr VXLt sVMpt V, fata se Vera Dabant.
Pentameter qui præcessit, complectitur annum
Quo templi moles continuata fuit:
At qui subsequitur, mortis complectitur annum:
Nos Lege ah DVra Mors rapit atra sibi.
Nona eadem illius fuit hora nouissima lethi,
CHRiste Deus lethi quę fuit hora tui.
Lux fatalis erat vigesima septima Iuni,
Sex atas decades, pentas & vna super.
Iusta senecta satis, iusto quoq; digna, probocq;
Longior esse isto tempore raro solet.
Rarius hoc, placidèq; mori, inter totq; nepotes:
Vt placidè vitam finijt ille suam.
Tu placidè quicunq; cupis traducere vitam,
Et sic tranquillo post modo sine mori,
Osibus his requiem, foelicia cuncta precatus.
Syncera Nato mente, Viator abi.

A L I V D.

VT Petrus hanc vitam finiuit Christophorus,
Illius hoc tumulo Filius ossa locat.
Vita prior fuit hæc breuis, atq; caduca, secuta est
Altera quę dempto sine perennis erit. STA.

STANISLAI CHRISTOPO

RINI, GENerosi, & integritate uitæ præstantis Viri, PA-
TRV I O A N N I S C H R I S T O P O R I N I S

E P I T A P H I V M.

Conditus, egregie natus de sanguine gentis,
Hac STANISLAUS Christophorus humo est,
Cui, germana Soror fratere Coniugis, olim
ROXICIA ducta est ELISABETA Domo.
Illa breui perijt, sine prole superstite, luctus
Hinc orbo fuerat maxima causa viro.
Ducta vxore semel, qua cum tres vixerat annos,
Sic viduus mortis mansit ad vsq; diem.
Huic ex fratre Nepos Ioannes, vnicus hæres
Cunctarum rerum quas habet illa Domus,
Hunc tumulum posuit, fragili cum carne soluta
Æthereas petijt illius vmbra domos,
Lustra sui tredecim postq; transegerat aui,
His tamen autumnos insuper adde duos,
Perfoluit fatis quod debuit: orta Decembris
Septima post decimam cum foret atra dies.
Post Christum octauus & quinquagesimus annus,
Mille & quingentis additus, ille fuit,
Cum positus fuit hic, Auus est vbi conditus olim:
Qui fuerit vetus hæc quæq; tabella docet.
At procul hinc recubat genitor Nicolaus, obiuit
Egregiam pugnans fortiter ille necem.
Clade Bucouina cum plurima corpora nostre
Cæsa, dolis Valachi, nobilitatis erant.

B

Mille &

Mille & quingentis post natum e virgine Christū
Tres annos demas, cladis hic annus erit.
Ignavis similes obeunt fata vltima vite,
Cum posita in molli membra fuere thoro:
At genus hoc lethi decuit fortemq;, bonumq;,
Pro Patria cum sit laus perisse sua.
Fortibus illa sat est: facilis iactura sepulchri est:
Mortua quid refert ossa vbi nostra cubent?
Siue Paterna igitur, seu contegit hostica tellus
Ossa tuę gentis CHRISTOPORINA Domus,
Molliter illa cubent, iterum rediuiua futura
Extremus quando fullerit ille dies.

MARGARETAE CONO-
PNICIAE, NICOLAI CHRISTOPORINI
FILIAE, MATRONAE honestate morum conspicuae, AMI-
TAE IOANNIS CHRISTOPORINI,
EPITAPHIVM.

MArgaris hoc tumulo post vltima fata qescit,
ANDREAE Coniunx casta CONOPNICIA.
Innocens hic vite tuus o VIELunia praeses,
Et simul insignis Marte Tribunus erat.
Fœlix vt genere, & titulis, & honoribus amplis,
Sic quoq; coniugio, pignoribusq; suis.
Nam peperit Natos hæc Coniunx quattuor illi,
Et tres fausta thori pignora Filiolas.
Quarum BVZINI tibi tertia nupsit, in illa
Iudicis Officium qui regione tenes,
Integer, & sceleris purus, nec fratre Salinas
Qui regit, inferior iusticia atq; fide.
O fœlix

O foelix tali HEDVIGIS sociata Marito
Viue diu, & placida te Deus auctet ope.
Qui te longæug faciat post fata senectæ
Extremum læto claudere fine diem:
Vt placidè vitam genitrix tua finiit olim,
Cum decima & quarta Mensis Aprilis erat
Orta dies: primus & quadragesimus annus
Post ter quingentos, lethifer ille fuit.
Qui legis hæc, dicens bona verba Viator abito:
Et finem vitæ mente reuolue tug.

ANNAE DEMBOVIAE,
*Fœminæ lectissimæ, MARGARETÆ CONOPNICIÆ,
AMITÆ IOANNIS CHRISTOPORINI FILIÆ:*

EPI TAPHI VM

Hic tua DEMBOVINICOLAE recondita sumus
Expectat, consors ANNA pudica, diem. (Cum
Stirpe CONOPNICI Prognata & CHRISTOPORINI:
O quantum Domus hæc vtræq; laudis habet.
Orbus ob id, ducens alto suspiria corde,
Ereptam infœlix hanc gemis antè diem.
Idem etiam Andream natum, cum fratre Ioanne,
Et cum Margaride te premittit Anna dolor.
Non gemit Elisabe, matrem succedere cœlo
Cum videt, antè infans rapta vbi & ipsa fuit.
Vestri etiam cessent gemitus: sua quemq; sequunt
Fata: sed hic foelix quem Deus ipse regit.
Vos quoq; foelices, illo rectore supremum
Quos facient posthac claudere fata diem,
B ij Vt vestra

Vt vestra hæc clausit genitrix, octaua refulsit
Cum Mensis dicti à Marte inopina dies.
Post Christum primus & quadragesimus annus,
Mille & quingentis additus, ille fuit.
Quisquis ades, dic, Ossa solo composita quiescant
Molliter: æthereas incolat vmbra domos.

ANNAE, FILIOLAE IOAN-
NIS CHRISTOPORINI *infantis ante diem ereptæ:*
EPITAPHIVM.

Filiolam dederat Mensis tibi Februus ANNAM,
Quam post Augustus Christophorine rapit.
Illa fuit Proles tua tertia: quoq; sub auras
Prodierat, properè mortis hic annus erat,
Annus Iubilej, de nomine Tertius isto
Quo Papa Romanus IVLIVS eligitur.
Sic placuit superis, cœlum vt migraret in altum,
Vite huius nullis sollicitata malis,

HIERONYMI ET AN-
DREÆ, FILIORVM IOANNIS CHRISTO-
PORINI *immatura morte extinctorum:*
EPITAPHIVM.

Hoc tumulo, post fata parens HIERONYMI
Cum lacrymis nati condidit ossa sui. (terq;
Et simul ANDREÆ: si quidem decessit & ille,
Vt Menses octo vixerat atq; decem.
Nona fuit soboles Prior ille: hic dena, Decembris
Quem terdena patri lux malefausta rapit.
Subsequitur

Subsequitur frater Senior, postrema sequentis
Anni, cum Februi iam foret orta dies,
Excessit viuis, Menses puerilis vt æui
Octo & triginta præteriére sui.
Sexdenus, post ter quingentos, atq; secundus
A Christo, huic puero lethifer annus erat,
Fœlices ambo, cum nulla incommoda vite
Sensissent, superas quod petiére domos.

IACOBI ROXICII, EQVITIS
SIRADIENSIS TERRÆ Nobilissimi, & IVDI-
CIS integerrimi, PROAVI MATERNI IO-
ANNIS CHRISTOPORINI:
EPITAPHIVM.

VIATOR & IVSTICIA colloquantur.

V. Quis iacet hoc tumulo? **I. ROXICIVS** ille **IAC-**
SIRADII è prima nobilitate soli. **(COBVS.**
V. Sed quid ad huc tumulū tibi virgo Astræa nes
I. Hic quæ vir noster dulcis alūnus erat: **(gocis**
Iudicijs si quidem, scripta est vt Regula Iuris,
In Patria iustè præfuit ille sua.
Nec minus & reliquis virtutibus ille nitebat,
Possset vt inde genus clarius esse suum.
Vixit, quod rarum est, per vitam sobrius omnē:
Solam hausit siquidem quando sitiuit aquā.
Contentusq; suo, non vnquam aliena petiuit:
Nobilibus virtus est ea digna viris.
Sic octo Decades postquam ille peregerat æui,
Ætherei petijt Regna beata poli.
Stirpe **ROMISSOVIA** prognata illū optima **Con-**
Fleuit; Et huic longo tēpore vita fuit. **(iunx,**
B iij **Lustra**

Lustra ferè bis dena sui numerauerat æui,
E' viuis illam cum Libitina rapit.
V. Quis tamen ille fuit quo fato extinguit annus,
Antique hic præstans integritatis homo?
I. Mille quadringentis vbi tres adieceris annos,
Lustraq; præterea quattuor atq; decem,
Annus erit lethi. Cum sint tibi cuncta Viator
Iam benè nota, Vale. V. Tu quoq; vgo Vale.

IOANNIS ROXICII, PIN-
CERNÆ PROVINCIALIS SIRADIENSIS,
Nataliū splendore, & animi uirtute Insignis Viri, AVI MA-
TERNI IOANNIS CHRISTOPORINI,
E P I T A P H I V M.

A Ntique virtutis homo, post fata, IOANNES,
Ultima ROXICIVS conditur hoc tumulo.
Siradij officio Pincernæ Sauromatum REX
In Patriæ ornârat quem regione sue.
Vixerat vt quatuor decades foeliciter æui,
Extinctus Maio Mense superna petit.
Mille & quingentis si quinq; adieceris annos,
Post natum è pura virgine matre Deum,
Annus erit lethi. At coniunx viduata marito
Noluit alterius iura subire thori.
SLAVENIÆ stirpis, vitæ matrona pudice
Hæc fuit, à SOPHIA nobile nomen habens.
Septem ierant hyemes post connubialia sacra,
Mors illi rapuit cum truculenta virum,
Cuius in hac tumuli compage recondidit ossa:
Condidit & natas hic quoq; ponè duas.

Tertia

Tertia quæ fuerat melioribus edita fatis,
PETRE data est nuptū Christophorine tibi:
Viuentem multos quæ matrem vidit in annos,
Vidit & è nato pignora multa suo.
Hæc erexit Auo qui post monumenta: quod illi est
Nomen, frons tabulæ prima docere potest.

SOPHIAE ROXICIAE, NO-
bilis ac honestissimæ MATRONÆ, è SLAVENIA prognatæ
Familia, AVIÆ MATERNÆ IOANNIS
CHRISTOPORINI:

EPITAPHIUM.

FOelix o nimium foelix, vbi singula penso,
SLAVENIÆ es SOPHIA stirps generosa domus,
Quæ letho occumbis, tot honoribus aucta ppago
Cum tua præcellsum ferret in astra caput
CHRISTOPORINUS, in hoc tumulo qui te locat, xui
Ut pertransierant lustra bis octo tui.
Vidisti insignes generos belloq; togaq;
Vidisti hunc magnū quæ CATHARINA tulit,
Florentem in Patria numerosa prole Nepotem,
Qui Baptista tuū Prodrome nomen habet.
Quin etiam CHRISTUM coluisti pectore toto,
Syncera veterum religione Patrum.
Hæc alijs potiora bonis, summiq; fuere,
Præsenti in vita maxima dona Dei:
Sic cælo, excedens viuis, illaberis alto:
Nam sedes animas excipit illa pias.
Cum decies nos quinq; noue coniungimus annis,
Post ter quingentos, lethifer annus erit
Insignis

Insignis matrona tibi: Vigesima Quarti
Atq; secunda dies Mensis vt orta fuit,
At tua non potuit crudeli occumbere fato
Gloria: in hanc iuris nil habet atra dies,

**ELISABETHAE CHRISTOPORINÆ, SOPHIÆ ROXICIÆ FILIÆ, laude
pudicitia, & reliquarum uirtutum insigni femina, MATER-
TERÆ IOANNIS CHRISTOPORINI:
EPITAPHIUM.**

Hic STANISLAI post funera CHRISTOPORINI
Casta thori consors ELISABETHA iacet:
Erepta est tenerę primo sub flore iuuentę,
Egerat vt vitę bis duo lustra suę.
Ponę soror virgo recubat, puerilibus annis
Quam nulli parcens mors violenta rapit.
Elisabe hæc etiam dicta est: Sic ista sorores
Nominis eiusdem continet vrna duas,
Quin imò vt sola virgo trieteride vixit,
Sic annis tantum vixit & ista tribus,
Postquam iuncta viro socialis foedere lecti,
Inter matronas connumerata fuit.
Et placuit diuis, nulla quòd prole relicta
Iustam æui letho concidit ante diem.
Illo capta Rhodos, Turcis immanibus, anno,
Paruit, auspicijs o SOL ymanne tuis.
Quisquis ades, cineri meliora precatus, & ymbreg,
Sic te læta iuuent fata, Viator abi,

Annus

Annus natalis IOANNIS CHRISTOPORINI, 1518.

InCLyta DICat, io paxan, sIraDla teLLVs,
Natali festo ChrIstoporIne tVo.

Annus natalis DOROTHEÆ eiusdem CONIUGIS, 1529.

DOROTHEA, è GLInsCl fata sangVIne, LV,
(CIs In a Vras
proDIt: post CInCta est nostra VInna GetIs.

Annus eorum CONNUBII, 1547.

PrInCeps CaptVs erat saXo FreDerICVs, &
(HelsVs,
At Data ConIVnX est ChrIstoporIne tIbl,
De felici eorundem CONIUGIO.

Fœlix illa dies, niueoq; notanda lapillo,
Post decimam Februi tertia Mensis erat,
Qua tibi DOROTHEAM fœlicia fata dedere,
Consortem casti CHRISTOPORINE thori,
Hæc est perpetuæ dignissima nomine fame,
Hæc veteres inter iure locanda venit,
Quandoquidem tecum concordēs exigat annos,
Te faciens pulchra prole subinde patrem.
CHRISTE Dei Patris charissime, & vnice Fili,
Hæc rata sint animi fac pia vota mei,
Viuat vterq; diu, sit fœlix semper vterq;
Nec sit tristitiam quæ ferat vlla dies.
Quin etiam natos, & qui nascentur ab illis,
Hæc eadem semper prospera fata iuuent.

C

Omen,

O M E N,

DE Fœlicitate & incremento Domus CHRISTO-
PORINÆ.

AVcta per innumeros, Christo aspirante, nepos
Floreat æternū Christophorina domus, (tes,
Æmula Romanis heroibus, æmula Graijs
Gens, petat excelsos, inclyta, laude polos.

IN EFFIGIEM IOANNIS CHRISTOPO-
RINI, Anno ætatis eius XX. à CHRISTO uero nato 1538.
GEORGII ÆMYLII.

QVattuor intonse numerabat lustra iuuentę,
Tempore quo talis CHRISTOPORINUS erat.
Hic genus ornauit studijs, virtute, fideq;
Talia nam verum credidit esse decus.

IN EIUSDEM EFFIGIEM, Anno Ætati
eius XLVII labente. à CHRISTO nato 1565.
Nostrum,

QVO CASTellano fœlix VIELVNIA gaudet,
Armorum, & sanctę præside militię,
Lustra nouem vitę, binosq; vbi vixerat annos,
Talis IOANNES CHRISTOPORINUS erat.
IN EFFIGIEM DOROTHEÆ ornatissime, eiusdem
IOANNIS CHRISTOPORINI
CONIUGIS.

TRes Decades, cum sex annis vbi vixerat æui,
Iam quarta & dena prole beata parens,
Vxor IOANNIS castissima CHRISTOPORINI
DOROTHEA, hac facie conspicienda fuit.
In effigie

IN EFFIGIEM CATHARINÆ

corundem *FILIAE.*

10

Talis erat flore in primo, CATHARINA, iuuentē,
Filia IOANNES CHRISTOPORINE tua.
Si mores animi pictura effingere posset,
In terris nullum pulchrius esset opus.

A L I V D.

Sic oculos, sic virgo genas Catharina ferebat,
CHRISTOPORINE tuę stirps generosa domus.
Illa decus formę virtutibus auxit: in ipsa
Alma Venus formā: pectora Pallas habet.

*DE WOLA, AVLA PATERNA IO-
ANNIS CHRISTOPORINI,
CASTEL: VIELVNEŃ.*

Dicta, ἀπὸ τῆς βουλῆς, si nostro est WOLA Polono,
Nos etiam si quidem natio Græca sumus:
Consilij poterit Sedes tua WOLA vocari,
Consilio magnos cū ferat illa Viros.
Sed libertates Patrias vbi cerno tueri
Intrepidē vestram CHRISTOPORINE domū,
Esse VOLVNTATIS Romana ab origine nomen
Suspicior, vt que vult libera semper agat.
Libera sic WOLA est LIBERTAS: huius alumnos,
Cum Patrię summa fert tua laude domus,

De eadem, PETRI ROYZII MAVRÆI.

Est WOLA Sarmatię, Latio que dicta VOLVN.
Hæc tua mortales pascere mille potest. (TAS.

C ij

Altera

Altera sed, quæ oculis non est spectata Voluntas,
CHRISTOPORINE, Deos pascere mille potest,
Altera te terris: commendat te altera cœlo:
Illa, ait, es foelix: Hæc tibi dicit, eris.

A L I V D.

Mille voluntates aliorum, est quisquis avarus,
Præ hac vna spnat, CHRISTOPORINE, tua.

AD IOANNEM CHRISTOPORINVM, de
eius COGNOMINE, eiusdem PETRI ROY-
ZII MAVRÆI.

SYllaba si ferret, mihi Christophorine vocandus,
Quod Christo es purus, Christophorin² eras.

A L I V D.

O Foelix nomen, cuius meminisse negatum est,
Ni seruatoris mox meminisse sui.

De COGNomine eiusdem POLonico, CHRISTO-
PORSKI.

SILatium, non hæc nomen tibi terra dedisset,
Haud dubiè CHRisti portio dictus eras.

Ad eiusdem FILIOLVM PETRVM.

SIPater est Christi, & tu Patris, portio: restat,
Vt sis tu Christi, mi PETRE, particula.

De Inclyta

DE INCLYTA SIRADIEN
SI PROVINCIA. ET SIGILLO

DECRETIS IVDICIORVM eius attributo.

librum) AQUILA REGIA.

Nostrum.

FOelix o nimium foelix SIRADIA tellus,
Que tot Nobilibus floret audacta Viris:
Nec solum est belli arte potens, & Martis alūnis,
Bella vbi cessarunt, claret & illa toga:
Claret & ingenijs: claret quoq; laudibus alme,
Que merito est virtus maxima, Iusticie,
In se quandoquidem virtutes continet omnes
Iusticia, vt prisca nos docuere Sophi.
Hinc Insigne sui Regni REX contulit illi,
Cui paret gelido subdita terra polo,
Hanc Iouis armigeram Volucem: Iouis ille suus
In Patria teneat cum regione locum. (premi
Insper & magnis hanc libertatibus auxit,
Officium Patrie quod videt esse Patris.
Salve o LIBERTAS Lachie Regina potentis,
Et vige in æternos inuiolata dies.

IN ROSAM INSIGNE PE
TRI BVZINII IVDICIS. ET NI
COLAI DAMBROVII SVBIVDICIS
PROVINCIAE SIRADIEN.

HÆC ROSA Sarmaticis vt candida floreat oris
Donec erit cœlum, terraq; donec erit,
Qui pius est, patrieq; boni qui flagrat amore,
A superis pura mente, animoq; petat.

Demonstrat

C iij

Protulit

Protulit hæc magnos vera virtute, fidēq̄,
Protulit hæc magnos religione Viros.
Haud dubiè huic similis ROSA, prima ab origine
Horto plantâ rat quã Deus ipse suo: (mundi.
Inscia peccati cum pectora ferret, Adamus:
Inscia labis & hæc est quoq̄ sancta domus,
Albarum nitidum quę fert Insigne ROSARVM,
Virtutis flagrans semper odore sacre.

AD EOSDEM.

Iusticię præses cum sit Regnator Olympi,
Illis qui tribuunt vniciq̄ suum,
Iusticię æternam donat post fata coronam:
Cuius sunt vestrę Symbola certa ROSÆ.
Maçti igitur dote hac animi contendite ad astra:
At ferat hæc vobis præmia fera dies.

AD CLARISSIMVM VIRVM
HIERONYMV M BVZINIVM.
VELICIENSIV M & BOCHNENSIV M
SALINARVM PRÆFECTVM.

VELicias adh̄t quoties mea Musa Salinas,
Munere salsa tuo protinus illa fuit.
Nunc quoniam Geticis insulsa rediuit ab oris,
Cuiusnam potius sollicitabit opem,
Præterquã Vir magne tuam: qui salus vt ipse es,
Sic erit illa iterum munere salsa tuo.

IN ROSAM eiusdem INSIGNE.

FLOS hic odoratus niueo candore coruscans,
Quem tua BVZINI fert generosa domus,
Demonstrat,

Demonstrat, candore rosas æquantia vernas,
Candida, gentiles, pectora ferre, tuos.
Quin etiam, nostro longè suauissimus orbi,
Quod virtutis odor spargitur inde sacre.
Te tñ ante alios sacra hæc **HIERONYME** virtus
Euehit, in Patria nobilitatq; tua.
Ut probitas, moresq; pudica virgine digni,
Exemplum vite cuilibet esse queant.
Maeste igitur dote hac animi **Vir** candide, laudes
Perge bonis auibus continuare tuas.
Ipse aderit, qui te adiutet, **R E X** summus Olympi
Virtutum, atq; omnis fons, & origo boni.

**IN AVLAM RVSCIAM
MAGNIFICI VIRI CASPARIS
ZEBRIDOVII, CASTELLANI
ROGOZINENSIS.**

FOelix illa domus, quã lauriger incolit hospes,
Attica mella sacro cuius ab ore fluunt.
Ipsaq; lacte suo quem nutrijt **Inclyta** Virtus,
Clarius hac siquidem stirps generosa nitet:
Stirps generosa, animi quę nobilitate nitere,
Sanguine quã longo pulcrius esse putat.
Talis & hæc cum sit, par est bona verba precari
Hos, quibus hospitium comiter illa dedit:
Firma stet, & nunquã violentũ hæc sentiat hostẽ,
Et rapidos ignes, & mala quæq; domus.

Ad Ornat

AD ORNATISSIMVM V
RVM IUSTVM LODOVICVM
DECIVM.

IN lucem, quę scribo domi, quod tardius edam,
Si quęris, dicam, candide IOSTE, tibi.
Atticus Orator quod de se dixerat olim,
Quod non scripta modo, sculpta sed esse ves
Carmina quę subito non sunt effusa calore, (lim.
Sed quę longa diu lima polire solet
Sola placent doctis, seclōq; perennius vno
Scriptorum insigni viuere laude solent.

AD MANES DECIVORVM.

VOS DECII MANES, stellantiq; addita nuper
Turba polo: sanctis nam patet ille Viris.
Obtestor, tenero veniam concedite Vati,
In vestras laudes si breuis ille fuit.
Quas ego vel magno vix posse volumine claudi
Confiteor: Vene est diuitis illud opus.
Qualis VIRgilij: qualis tua PETRE ROYZI,
Quę septemgemino plenius Amne fluit.
Nec tamen idcirco, quod nos de paupere vena
Protulimus, gratum conuenit esse minus.
PERsarum placuit Regi sic pauperis vnda:
Sic oblata DEO thuscula parua placent.

IUSTI LODOVICI DECII PATRIS
EPITAPHION.

HAC, DECIVS bonus ille senex, sub mole sepul
Lustra iacet vitę post duodena suę. (tus,
Quod

Quod fuit immortale, polo stellante receptū est:
Fama etiam terris non moritura viget.
Hanc tu consulito si vis nosse omnia: laudes
Non capiunt tanti carmina pauca Viri.

A L I V D.

VIATOR & PIETAS colloquuntur.

V. Quis iacet hîc? P. Iustus Decius. V. Dic vgo,
Tā magnus p te sedulo cui fit honos? (qs ille est?
P. Antiqua præsignis homo virtute, fideq;
Nam raro has dotes sæcula nostra ferunt.
Ipsa ego, quæ tumulum spargo violisq;, rosisq;,
Sum mitis Pietas, Indico qualis erat.
V. Dic quale ingeniū? Quæ linguæ dona disertæ?
P. Ingenium præstans: lingua diserta fuit.
Tu modo Sarmaticæ gesta antiquissima gentis
Perlegito, & reliquas illius historias,
Agnosces me vera loqui. V. Sed honoribus am
An nē etiam ornatus, diuitiisq; fuit? (plis
P. Res ille ad magnas SIS MVNDO à REGÈ VO
Virtutis meruit præmia digna sue. (catus,
Nec modicas cumulavit opes. V. Natos nē reliq;
P. Sic est: at similes qualibet arte sibi.
Et quos, præclare gestarum gloria rerum,
Maiori forsan laude sub astra vehet.
Sic bona posteritas floret ceu palma piorum,
Iusta malis Domini cum premat ira fatos.
V. Hoc satis est me nosse: Vale sanctissima virgo:
Hic cum talis erat, nonnē beatus erat?

D

Ann

ANNAE EIVSDEM IVSTI LODOVICI
DECII CONIVGIS:

E P I T A P H I V M.

ANNA, sub hoc, Iusti Decij charissima Con
Marmore, post vitę fata sup̄ma, iacet. (iunx,
Tres natos, quinq; at natas enixa, maritum
Prole sat egregia fecerat illa patrem.
Vt patris ingenuas fuit ingens cura per artes,
Dum vixit, natos erudisse suos.
Sic quoq; & illa suas curavit sedula partes,
Diuisum leuius cum toleretur onus:
Erudijt natas studijs, & moribus iisdem,
Ipsa quibus clarum nomen adepta fuit.
Matronis, rare virtutis, vt omnibus esset,
Et prisę, exemplum grande, pudicicię.
Parua nec est certę multos vidisse Nepotes
Gloria, propitio vidit vt illa DEO.
Sic postquam fragilis vitę perfuncta labore,
Concessit fati, morte perempta, suis,
Vmbra sinum CHRiſti petijt: locus ille piorum,
Vmbra extremum seruat ad vsq; diem.

IOANNIS DECII EIVS FILII,

E P I T A P H I V M.

Tene etiam fors inclemens, iuuenilibus annis
Ereptum, sedes misit ad Elyſias
IANE DECI, longa in terris dignissime vita,
Ingenium & mores vt meruere tui.
Ingenium, quo nobilius non prottulit vnquam,
Vrbs hæc Parrhasio subdita nostra polo.
Gratia

Gratia facundi cui tanta accesserat oris,
 Linguarum insignis cognitione trium,
 Aule vt REGALI merito admirabilis esses,
 Quod paucis certè contigit ante viris.
 Christiaco at mores tincti candore, nec vllis
 Integritas vitę commaculata notis,
 Cuiusnam quæso non promeruere fauores?
 Integritas omnes in sua vota trahit.
 Ipse suum Rex est etiam testatus amorem,
 Te doluit regnis cum perisse suis,
 Heu nimis ante diem, primoq; in flore iuente,
 Nam vix transierant ter duo lustra tibi.
 Sic visum est Parçę immitti, quę penè cuiq;
 Egregio ante diem rumpere filia solet.
 Eripit hæc vitam: sed famam haud eripit vnquã:
 Hæc quoq; LANE tibi iurè superstes erit,
 Cum te doctorum celebrent tot carmina Vatum,
 Carmina, quę dempto viuere sine solent.
 Ipse ego dilecti vt tumulus noscatur amici,
 Inscribam tumulo carmina pauca tuo.
 ¶ Conditur hac DECII corpus sub mole Ioannis:
 Condere virtutem nulla sepulchra queunt.
 Illa viget semper, dum tellus stabit, & vnda,
 Et surgent nitidis sydera celsa polis.

DE IVSTI LODOVICI DECII, & FILIO-
 RVM eius BIBLIOTHECA.

Multa licet Decius post se monimenta reliq;
 Perpetua merito laude vehenda, Pater,

D ij

Non mis

Non minús hoc tamen est spectator amice putant
Hunc sacrum Musis constituísse locum. (dū,
Aspice tot veterum præclara volumina, sacris
Seu caperis, seu te scripta prophana iuuant.
Auctores Græcos primi ordinis, atq; Latinos,
Et quos docta satis sæcula nostra ferunt.
Scilicet inuenies quamcunq; poposceris artem,
Et quicquid Sophiæ circulus omnis habet.
Nec cessant nati, hæc vt tam præclara supellex
Auctior, inq; dies cultior, esse queat.
Qui Patris in laudes vera virtute paratas,
Diuina adiuti ritè feruntur ope.
Dij DECiam seruate domū, Penetralia Phœbus
Hæc sua, cum Musis, vt sine fine colat.

DE EADEM.

Iste locus Musis sacer est, procul este prophani,
Nam castas ædes pectora casta decent.

*AD IVSTVM LODOVICVM DECIVM PA-
TREM, VIRVM CLARISSIMVM:*

CLEMENS IANITIUS.

Non benè pro toto libertas venditur auro,
Qui scripsit, rerum præscius ille fuit:
Hic rus sub CRAci prænouerat Vrbe futurum,
Quod libertatis nobile nomen habet.
Rus LODouice tuū, quod non benè vendit auro
Omni, quod cœco viscere claudit humus.
Sic me structa recens delectant atria, sic me
Hortus, & à pulchris vitibus ymbra iuuat.
Sic que

Sic quę per colles velut errat sylua propinquos,
Sic capiunt vitrei mę, recreantq; lacus.
Libera libertas, libuit quod cuiq; bibendi
Sic placet, Ausonij dulcis alumna soli.
Iuste quid in cęlum pperes? quid ad illa volare
Gaudia festines, quę Paradisus habet.
Viue diu hęc mihi, viue tuis, Paradisus habere,
Quam tua libertas, vix bona plura potest.

IN EFFIGIEM EIVSDEM IVSTI
LODOVICI DECII.

Nostrum.

HOS DECII pictor vultus expressit ad vnguę:
Qui posset mentem pingere nullus erat.

IN EFFIGIEM IVSTI LODOVICI
DECII FILII.

HANC faciem DECII pictor formavit: Apellis
Non posset pingi mens generosa manu.

AD PETRUM ROYZIVM
MAVRÆVM IVRECONSULTVM,
& PŒETAM CELEBERRIMVM.

VIR clarissime, & vndecunq; amice,
Musarum decus elegantiorum:
Hoc cum tempore sæpè cogitarem,
Donandus tibi qui libellus esset:
Non alter mihi visus inter omnes,
Qui te dignior esset, atq; præsens
Dij Vatis

Vatis Mæoniæ sacrum Pœma,
Qui Vatum pater, atq; fons perennis,
Magno dicitur omnium fauore,
Dum bellum Iliacum, & Duces Pelasgos
Diuino canit Entheus furore:
Exemplum tibi, quod sequaris, vt sit
Quando Sarmaticę, cruenta, gentis,
Magno pectore, bella, detonabis,
Et deformibus erues tenebris,
Nomen LACHiacum, Ducesq; primos.
Ergo fronte hilari cape hunc libellum,
Vt sit TRICESII tui sodalis,
Qui te sic amat vt suos ocellos,
Tempus mnemosynon tibi per omnes
Seu tu Hyperboreo sub axe viues:
Seu fines patrij coles Iberi,
Sic venam tibi carminum perennem,
Dent Phoebus Pater, & Nouem Sorores,
Sic blandę Charites, Venusq; diua,
Aspirent tibi gratias, lepores,
Immortaleq; largiantur æuum,
Vir clarissime, & vndecunq; amice.

IN DIARIVM ASTROLO-
GICVM. ANNI M. D. LV. VALEN-
TINI ARNOLDI PHILomati.

IMperium qui præsentis Cyllenius anni
Obtinet, & Martis stella maligna comes,
Quam tristes mundo clades, & sæua minentur
Funera, nosse breui qui ratione cupis.

Hæc

Hæc lege, quæ nitidi perscrutans sydera cœli,
In lucem, ARNoldi sedula cura, dedit.
Si pius es, sanctoq; metu permota, salutis
Peruigil æternæ mens tua versat opus.
Effundes lacrymas, sceleratum vbi videris orbem
Plura furore etiam promeruisse suo.
Et tamen has ridere minas, nullamq; futuris
Quærere velle malis, vt decuisset, opem.
Tu Dominum supplex noctuq; diuq; precare :
Nec dubita, ardentes audiet ille preces,
Ne capiat meritum iusta indignatio finem,
Sed placidus pœnas mitiget ille graues.
Securus stertat, Sathana sub præside, mundus
Peruigilem Christi conuenit esse gregem.

IN HILARII VISLICIEN:
MEDICI. ET MATHEMATICI
EXCELLENTIS, INSIGNIA.

Fert Leo Mercurij virgam, qua lumine cassos
Ad vitam rursus suscitatur ille Deus.
Forte Leo est animal, fortunam hic ergo potentem,
Et magnum medica monstrat in arte virum.
Qui grauib; morbis homines iam penè peremptos
Curat, & ad vitæ lumina prima vocat.
Sic umbras veluti Cyllenius euocat Orco :
Hæc tanti est certè gloria magna Viri:
Quæ seclis etiam viuere sine fine futuris,
Donec erit vita, & mors quoq; donec erit.

Ad Ioachim

AD IOACHIMVM CIMER,
MANVM MEDICVM PHYSICVM.
VIRVM INTEGERRIMVM, COMPATREM
CHARISSIMUM.

FILIOlas primò peperisset cum tua Coniunx,
Filius est natus nunc IOACHIME tibi.
Iam meritò gaudere potes : nam mascula proles
Te fortem lumbis indicat esse virum.
Iam meritò gaudere potes : quia nascitur alter
Per te, qui referat qualibet arte patrem.
Da lætos igitur plausus, votisq; supremum,
Et precibus castis, sollicitato Deum,
Præstet vt hic nato diuturnę tempora vite,
Perpetuaq; illum prosperitate vehat.
Det plures alios etiam : laus magna maritis,
Natorum, fuerat, ius habuisse trium.
Aspicias multos iam canus vt inde Nepotes,
Blanda tibi tremulo basia ferre seni.
Et tua, DORotheę meritò cui contigit, vxor,
Nomen, cum hæc per eã det tibi dona Deus.
Natorum natos, & qui nascentur ab illis,
Circa se foelix ludere cernat anus.
Atq; vnà tecum, cœlesti, concinat hymnos,
Illius immensa pro bonitate, Patri.

*Ad eiusdem FILIOLVM IOACHIMVM cum
illum ex fonte BAPTismatis leuasset.*

CHRistus ab infernis, precioso sanguine fuso,
Qui Sathang captas fraude redemit oues,
Teq; hor

Tēq̄ hodiē, ablutum sacri Baptismatis vnda,
Inseruit membris mi IOACHIME suis:
Det tibi longæuḡ foelicia tempora vitę:
Det tibi cœlestes post tua fata polos.

*AD EFFIGIEM eius FIOACHIMI CIMER-
MANI Medici, à Martino Bochnensē pictam.*

HANC CIMERMANI, Medica q̄ claruit arte, &
Sanctę fuit nomen cui IOACHIME tuum,
Expressit faciem Martinus, vt illius æui
Bęgerant decades, heptas & vna super.

*AD EFFIGIEM DOROTHEÆ HONestissimę
eiusdem CONIVGIS.*

LVstra, CIMERMANI Coniunx, post quinq̄ ius
DOROTHEA, exēplar grande pudicicię, (uentę,
Talis erat, postquam terna iam prole maritum
Fecisset, superũ numine adaucta patrem.

**IOBI COMMERSTADII,
EQVITIS LVSATII, VIRI LITERATI.
EPITAPHIVM.**

HIC COMMERSTADIUS post vltima fata gescit,
LVSATIę è clara nobilitate satus.
Cui nomen Iobi merito imposuere parentes,
Namq̄ omni vitę tempore multa tulit:
Incertum culpę suę, fatinę: sed illud
Est certum, quemuis quod sua fata trahunt.
Fata trahunt omnes: huic fata dedere, quod æquo
Plus lingua, quouis Iudice, liber erat.

E Diogenem

Diogenem vt Cynicum ni sæcula prisca tulissent,
Diogenes nostri temporis ille foret:
Atq; ideo Samij Sapiientis opinio vera
Si foret, vt priscis extat in historijs,
Crediderim Iobum Cynici Sapiientis in istum
Emigrasse animam, & fata tulisse sua,
Aduenisse animam sic credidit Ennius olim,
In corpus, Vates inclyte Homere, suum.
Qui pius es, miseròs manes lacerare caueo,
Si non vis nomen vulturis esse tibi.

AD HVMANISSIMVM VI-
RVM IOACHIMVM A' PELKEN.
PATRICIVM GEDANENSEM.

NVnc quia, tractantem diuini oracula verbi,
Auocat à Musis me sacra lingua meis:
Nec potis est animus iustum indulgere laborem
Carminibus: mitto carmina pauca tibi.
Carmina pauca quidem, sed que IOAchime salutū
A' superis portant millia multa tibi,
Si modò sincere posses penetralia mentis
Cernere TRICESII tempus in omne tui.
Qui tibi quas laudes tribuat, quid cœlitus optet,
Per breuibus verbis hoc Epigramma dabit.

A L I V D.

VRBS amplis opibus potens, virisq;
Ad pontum sita succini feracem.
Cui Dani atq; Getę dedere nomen,
Quantum Prusiacas perornat Vrbes,
Tantum

Tantum Patricios perornat omnes
Vrbis illius inclytę, decusq;
Iurę PELKA meus meretur ingens;
Seu magni ingenij sagacitatem,
Seu morum videas suauitatem,
Et pectus niueo colore tinctum.
Nec fortuna suas benigna dotes
Illi denegat: Et nouerca quamuis
Interdum instabili sit illa vultu,
Iam nunc mater erit per omne tempus.
Hanc cęlo pietas iubet supremo
Illum spem capere, atq; mente læta
Semper numine perfrui fauente.
Rerum conditor æuiternus ille
Sic ornare solet pios, paterno
Vti pignora prosequens amore.

AD ALBERTVM LASCVM
HEROEM CLARISSIMVM. DE
DIARIO EXPEDITIOnis TVNetanę.

MAVRorum CARolus qua vicerit arte Phas
Barbaricos latę depopulatus agros: (langes,
Multaq; præterea Lybicus quę gessit in oris,
Quicquid & Algerico littore passus erat:
Per breuib; chartis complectitur iste libellus,
Mnemosynon paruū quę tibi Lasce damus.
Hunc quia condidit Latię facundia lingue,
Non ingratus erit Vir Generose tibi.
Et tua Cæsareis virtus stimulata triumphis,
Amplior augmentis surget in astra nouis.

E ij

Det mo

Det modò florenti foelicia fata iuuentę,
Qui regit Heroum pectora celsa Deus.

MNEMOSYNON
VALENTINI BROSOVII. DO.

*CTRina & pietate Præstantis Viri, Filiolũ, cũm iret
in Turciam, relictum.*

PErpetuę qui vult adipisci nomina fame,
Incola syderei qui cupit esse poli:
Artibus ingenuis pietatem iungat oportet,
Semper & officij sit memor ille sui:
Ne mens serpat humi, at cœlestibus excita flãmĩs
Ad superos penetret relligiosa Deos.
Nil doctrina valet castis sine moribus, & vis
Ingenij, studium si pietatis abest.
Sæpe VALEntini vos hæc præcepta Parentis
O pueri, magna cum grauitate, monent.
Ast animo vt vestro possint hærere, Põeta
TRICESIVS cœli numina sancta petit.
Nec vos degeneres cernit, sed subdere calcar
Et benè currenti sæpè solemus equo.
Ergò bonis auibus, quo vos vocat inelyta virtus,
Et rerum summus conditor ille iubet,
Pergite: virtutem summi comitantur honores,
Solacq; post cineres illa perire nequit.

HEDVIGIS, GENEROSI
AC HVMANISSIMI VIRI. MI-
CHÆELIS MISCÆ FILIOLÆ:
E P I T A P H I V M.

Heduigis

HEDVigis iacet hic MICHæelis Filia Miscæ,
Qui clarus Volinæ est nobilitatis Eques:
Egregium castæ nomen sortita parentis,
Zbalsia apud Lachos quæ fuit orta domo.
Et pater & mater fuit absens, quando supremum
Quinquennis vitæ clauderet illa diem,
Fecit at officium genitorum, absentibus illis,
Hac Olicæ qui tum pastor in Vrbe fuit
BROSouius: corpus sepelit, tumuloq; Poëte
Addidit hac tabula carmina TRICESII,
Annus erat, Rex AVGVSTVS quo flumen ad Vlã
Moscorum fudit millia multa Ducis.

**DE LIBRO VARIORVM
EPIGRAMMATVM. VERE NO-**
bilis Viri CHRISTOPHORI COBILENII.

ARtibus ingenuis pectus coluisse, Virorum
Nobilium quondam maxima cura fuit.
Nunc viluere artes, viluere potissima quæq;
Per quæ mortales sydera celsa petunt,
Rarus ad Aonidum se confert castra Sororum:
Illa putat curis esse minora suis.
Rarus amat studiũ Sophiæ: at quò rarior hic est,
Hoc merito debet carior esse tibi,
Quisquis es æterni magno succensus amore
Nominis, Aonidum qui pia sacra colis.
Hæc quoq; sacra colens Vates COBilenius, altum
In cœlum terris erigit ecce caput.
Qui poterit raros inter numerarier, & quo
Rarior est, hoc sit carior ille tibi.

Quin etiam

Quin etiam grato celebretur sapius ore,
Quòd nolit vulgi sordida facta sequi.
Ingenij malit culturam, & Phocidos vndis
Labra rigans lauri cingere fronde caput.
Vnde facer diciq; potest, diciq; meretur,
Consecrans studijs pectora casta sacris.
Hac ratione poli tendit splendentis ad astra,
Atq; immortalis scilicet esse potest.
Et nunquam generis tantum splendore paterni,
Ingenio quantum, post feret ille decus.
Omnia vanescunt tenues ceu fumus in auras;
Ingenij viuax gloria sola manet.

AD IVSTVM LODOVICVM
DECIVM. PATRONVM

OBSERVandissimum.

CVm te TRICESIVS loco parentis
Semper IVSTE colat, tuumq; nomen
Sacrum Iusticie, Deoq; summo,
Illi nectare dulcius sit: orat,
L. ro tibi gratiam clienti
Hanc referre velis, uti procures
Musis hospitium illius benignum.
Sic te Iuppiter, hospitem patronum
Sancta credidit esse quem vetustas
Tollat tergemina beatitate.
Sic post fata brevis tibi det æui
Æternam patriam, hospitemq; terris
Grato suscipiat sinu profectum,
IVSTE culte loco mihi parentis.

Gregorij

GREGORII NAZIANZENI.

20


Θυμῆ, ἐλέφου ἄνω, χθονίωμ δ' ἐπιλήθω πάντων,
 μὴ δέ σε νικίση πρὸς κακὸ τέτα δέ μας.
 τυτθὸς μὲν βίος οὗτος, ὁδ' ἄλκιος, ὡς ἦ ἐνείρη
 τέρπειται. ἀλλοίη δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχη.
 μόνος δὲ ζωῆς καθαρέης βίος ἔμπεδὸς αἰεὶ,
 καὶ πολὺς, ὅμ ζωῆμ ὕβρις ἀφ' ὅττορ.

Idem Latinè paraphrastice versum,


VT terrenarum capiant te obliuia rerum,
 Ardua sydereum mens pete nostra polum.
 Pollutumq; doma primæui labe parentis
 Corpus, & illecebris ne capiare suis.
 Hac siquidem brevis est, & momentanea uita,
 Ac uelut instabilis protinus umbra fugit.
 At quisquis felix, & fortunatus habetur,
 Hunc quasi sopitum somnia uana beant.
 Porro alios uarij circumstant undiq; casus:
 Et rotat arbitrio fors malefida suo.
 Solius at uita, qui fit sine crimine, cursus
 Integer, & firmus, perpetuusq; manet.
 Hunc teneat, quisquis talem uult ducere uitam,
 In terris melius qua nihil esse potest.

τέλθ.


ἌΓΛΘΗ ΤΙΧΗ.











Biblioteka Jagiellońska



stdr0036841



